177

1510. d. 14 Augusti

Sigism: I. Rex Polon: Eppo Culmensi.

Cum Rmam Ptem Vram noverimus fideliter et cum singulari animi propensione Praedecessoribus Nris inservivisse, sic et nunc non dubitamus eundem Nobis et Reipublicae inservire, ideo hortamur illam tanquam Thesaurarium Terrar. Prussiae: det operam ut ista contributio marcae decimae census ab omnibus in universum exigatur. Qua de re scripsimus Palatinis et dignitarijs, ut ad solutionem non se difficiles praebeant, quo eorum exemplo caeteri quoque sint ad solvendum promptiores.

Caeterum cum Ptis Vrae officij esse sciamus prospicere et perscrutari, quomodo Castra Prussiae sint provisa aut munita et quomodo dirigantur? Mandamus Vrae Pti ut omnia Castra seu arces circumeat, ac revideat et omnia nobis deinde significet. Quod ut facilius facere possit, mittimus ei Lras ad omnes Arcium Capitaneos, ut Eam inspectionem hanc facere permittant. Et Gnosum Nicolaum Szpot Castellanum Gedanens, ad eum actum comitem et adjutorem ei adiungimus. Pro Gratia Nra servis non factura. — 14. Augusti. 1510.